Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

alii adolatori· certa omnia dixit·

Fabricio · patriā ut rombi memoraret ⁊ annos.

(Q sic laudas) Quid nā igitur censes? ⁊ conciditur? (inpartes) Absit ab illo ·

Dedecus hoc montanus ait · (ut decidat) testa alta paretur. (vas fictile.)

Que tenui muro spaciosū colligat orbē.

Debetur magnus patine, subitusque prometheus. (fictor·)

(Montanus ait·) Argillā atque rotā citius properate · sed ex hoc ·

Tempore iam cesar figuli tua castra sequantur.

Vicit digna viro sententia · noverat ille ·

(edacitate) Luxuriā (imperatoris) imperii veterē · noctesque neronis ·

(in quibus adhuc solebat bibere) Iam medias · aliāque famē · cū pulmo falerno (uino optimo) ·

Arderet · nulli maior fuit usus edendi ·

Tempestate mea · (ubi circes erat) circeis nata forent · an ·

Lucrinū ad saxum · rutupinoque edita fundo ·

Ostrea · (callide potuit) callebat primo deprendere morsu ·

Et semel aspecti litus dicebat echini. (pisces)

(a consilio) Surgitur · et misso proceres exire iubentur ·

Consilio · quos albanā dux magnus in arce ·

Traxerat attonitos ⁊ festinare coactos. (Clamante precone propter parte)

(gentes sunt) Tamquā de gethis aliquid torvisque sygambris ·

Dicturus · tamquā diversis partibus orbis ·

(que anxios facit) Anxia precipiti (quasi) venisset epistola penna. (veloci nuncio·)

Atque utinā his potius (nugis) tota illa dedisset · (Et non interfecisset)

Tempora sevicie · claras quibus abstulit urbi · (nobiles)

(nobiles) Illustresque animas impune (sine vindicta) ⁊ vindice nullo.

Sed periit postquā (senatoribus) cerdonibus esse timendus ·

Ceperat · hoc nocuit (nobilium) lamiarū cede madenti.

De cenis contumeliosis ⁊ parasitis.

Si te propositi nondū pudet · atque eadē est mens · (O parasite qui proposuisti alienis sumptibus uiuere)

(parte panis quarta.) Ut bona summa putes aliena vivere quadra ·

Si potes illa pati que nec sarmentus (scurra) iniquas ·

Cesaris ad mensas · nec vilis galba tulisset · (Galba scurra fuit sub tyberio cesare·)

Quamvis iurato metuā tibi credere testi ·

Ventre nichil novi (scio) frugalius · hoc tamen ipsum ·

De cenis contumeliosis ⁊ parasitis